



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Francisci Toleti S. R. E. Cardinalis Svmma Casvvm  
Conscientiæ, Sive De Instrvctione Sacerdotvm Lib. VII**

**Toledo, Francisco de**

**Coloniæ Agrippinæ**

52. De emptione cum pacto retrouendendi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40916**

alias aperitetur porta ad usuram: posset enim tunc in omnibus  
tuo aliquid exigi, ratione periculi talis; & tunc usura sui con-  
sequeretur intentum.

---

*De emptione cum pacto retrouendendi.*

CAPUT LII.

**Q**uarta radix, unde oritur fraus in emptione, & venditione, est, cum res non simpliciter venditur, aut emptio  
puta, cum sic venditur, quod obligatur emptor, quoniam  
suam accipiat pecuniam, iterum reuendere rem venditor, &  
hic contractus dicitur emptio, seu venatio cum pacto retro-  
ueniendi, & licitus est ex se, & solet etiam apponi conditio, n-  
isi intra sex, vel tot annos venditos redimat, sit emptio so-  
mnino: & hoc etiam licitum est. Res autem sic empta minus  
valet, quam cum emitur simpliciter, & sine pacto: nam emittit  
res cum tali onere, quamvis minus sit istud onus, cum ap-  
ponitur predicta conditio, ut redimatur intra annos, alias  
redimi non possit. Ad iustitiam huius contractus duo exiguntur.

Vnum est, ut qui emit, intentionem habeat emendi; nam  
alias esset usura, & mutuum virtuale cum lucro: nam accipi  
capitale postea, & lucrum rei emptae: & maxime cognoscitur  
intentio emendi, cum ob necessitatem sit. Aliqui etenim ro-  
lentes vilius emere, quia non aliter possunt, tali vniuersitatis  
contractus; hic autem in immobilibus fit rebus, ut domibus, vi-  
neis, &c.

Alterum est, ut, cum reuenditio sit, non plus accipiantur  
venditore, quam fuit, quod ei datum fuit. Hisstantibus duobus,  
non est fraus in huiusmodi contractu.

---

*De negotiatione.*

CAPUT LIII.

**N**egotiatione quedam emptio est: est enim emptio ad re-  
uenditionem rei inuariatae ordinata. Emere enim ad  
reuendendum, est negotiari, non quo cumque modo:  
nam aliqui emunt rem, sed non, ut emunt, vendunt, sed mu-

tando